



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam  
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem  
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum  
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de  
Lugduni, M.DC.LXXX.**

II. An creata omnia secundum speciales & atomas eorum rationes  
cognoscat Deus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)



Poteſt, Rurſus 2. de anima tex. 37. & ſequentibus, & præced. lib. 1. metaph. ante textum diſtinctionem cap. 3. alius 4. præfert Anaxagore ſententiam, quod intellectus fit mundi cauſa, & 12. metaph. cap. vii. Deum principem, & vnicum omnium gubernatorem faceret, cuiusque erga res omnes providentiam 10. ethic. cap. 8. circa finem, & 7. ethic. ad Eudem. cap. 17. & 18. oſtendit bonam fortunam immutabilem bonas cogitationes, & motus iactitantes ad bonum nil aliud eſſe, quam Deum qui eſt univerſaliſſimum rerum, & actionum principium, ac provide & motus in anima: concluditurque: *Rationis autem non ratio ſed præſtantius quidpiam eſt. Quid autem præſtantius, niſi Deus?* Quomodo autem hoc cohercat cum cap. 8. libri 2. Magnor. Moral. ubi negat Deum bonam fortunam eſſe, videntur alij. Denique cuſi minimarum rerum providentiam negaverit, ut aliqui volunt, non ſtatim negaſſe earum ſcientiam inferuit, cum providentia eam addat, quam poſuit de minimis, etiam notis, negligere. Denique primam cauſam vnicam Deum, eamque perfectiſſimam novit: quare & omnium per intellectum, & voluntatem effectivam, ut aperta à nobis data ratio ſuadet, quam aſſecutum non eſſe Ariſtotelem credere non poſſum: quare cenſeo ipſum creaturatum notitiam ab ipſis creaturis acceptam Deo negaſſe, non autem abſolute earum ſcientiam, ut de Dionyſio Areopagita, & S. Th. ſtatim dicam.

1. Oppones Dionyſium 7. de divinis nom. ſcribentem: *Dei ea, quæ ſunt, noſcit non rerum notitia; ſed ſui*: ergo creata ſolummodo cognoviſcit Deus, quatenus in ipſo ſunt. (quo modo non ſunt creata; ſed increatus Deus iuxta illud Ioan. 1. *Quod factum eſt in ipſo erat vita*) non autem quatenus in ſeipſis ſunt, ſive ſecundum eſſentias, & entitates proprias diſtinctas à Deo. Reſpondit optimè Vaſquez notæ d. 60. cap. vii. ſolum negari Deo à Dionyſio ſcientiam creaturatum ab ipſis creaturis acceptam, non diſtinctionem ſolum; ſed dependentiã, tanquam à termino neceſſario ad intrinſecam cognitionis divine exiſtentiam. Idque ſatis aperte oſtenditur ex his ab eodem Dionyſio ibidem præmiſſis: *Non ea, quæ ſunt ex his, quæ ſunt diſtincta; noſcit divina mens. Quo etiam ſenſu S. Thom. 1. par. quæſt. 14. art. 5. negavit Deum videre creaturas in ſeipſis; ſed in ſeipſo. Denique Auguſtinus, qu. 46. ex libro octoginta trium, dum ait: Non enim extra ſe quidquam poſitum intrinſecatur, ut ſecundum id conſtitueret, quod conſtituebat: ſolum voluit, Deum non habuiſſe exemplar aliquid extrinſecum, quod in mundi creatione imitaretur, non autem res in ſeipſis non viduiſſe, conſtat ex ipſis verbis, atque ex immediate ſequentibus: Nam hoc, inquit, opinari ſacrilegium eſt: ſacrilegium autem ſecundum hoc non eſt; ſed illud primum.*

3. A ratione oppones: ſcientia Dei ad creata formaliter, & ſecundum proprias entitates, & eſſentias repræſentanda extenditur, ac terminatur: ergo & ab eis ſpecificatur, quoad intrinſecum repræſentationis, & cognitionis diſtinctio; ac proinde divinum aliquid à creatis dependebit, ſaltem tanquam à termino, ſine quo non, quod abnuimus. Patet quia cognitio omnis quæ cognitio, à ſuo obiecto ita ſpecificatur, ac pender, ut ſine illo eſſe non poſſit. Solutio communis, & firma negat conſequentiam. Ad eius probationem de obiecto primario, & ſpecificatio cognitionis admittit aſſumptum antecedens, de ſecundario, ac non ſpecificatio (cuiusmodi ſolum obiecta ſunt cognitionis divine creata cuncta) negat. Inſtabis. Dependens cognitio ab obiecto non provenit obiecto, quod primum, & ſpecificatio illius ſit; ſed ex eo quod ſit eius terminus, circa quem cognitio activale exercitium illud repræſentandi, ſeu actu formalis repræſentatio eſt. Inde cum eſſe cum obiecto connexionem habet ipſius cognitio: vel ergo creata obiecta in ſe, ſuæque ſpeciali eſſe, & entitate ſunt proprie obiecta, & proprii termini divine cognitionis, vel non: ſi poſtremum; non cognoviſcit Deus creaturatum quatenus ipſe Deus ſunt; ſi primum: cognitio Dei circa creata connexa, quoad intrinſecum cognitionis, cum creatis erit, ab eisque dependens.

4. Nihil prætat inſtancia. Univerſum enim loquendo falſum eſt, connexionem eſſentialem cognitionis cum obiecto eſſe cum illo, non quia primum, & ſpecificatio eſſe ſit; ſed quia illius ſit formalis actualis repræſentatio. Licet enim id in creatis cognitionibus, & repræſentationibus actualibus formalibus verum omnino ſit: quia, cum

Chriſtoph. de Ortega, de Deo Pns. Tomus I.

ſint repræſentationis limitate, quæ vnum tantum obiectum attingit, ac repræſentat, nequit invariata intrinſecè aliud repræſentare formaliter, vel illud ipſum non repræſentare: ac proinde quicquid verè in ſe repræſentatur, & attingitur cognitione creata, cuiusque terminus actualis eſt, eſt terminus ſine quo non; inde tamen evincitur, omnia obiecta reſpectu cognitionis creatæ, quæ in ſe, & ſecundum proprias entitates ab illa attinguntur, & repræſentantur, non ſolum purè terminos, ſeu obiecta non ſpecificatio illius eſſe; ſed eſſe vera ſpecificatio ſue cognitionis: ſolumque obiecta, quæ in ſe non cognoscuntur; ſed quatenus aliquid illorum cognoscitur, & repræſentatur eſſe obiecta materialia ſecundaria, ac non ſpecificatio cognitionis: ut patet in ſubſtantia, quæ videtur, ſentiturque materialiter dicitur, cum eius accidentia videntur, aut ſentuntur, quæ etiam deſiciente, eadem ſentatio perſeuerat, ut patet in viſione panis ante, & poſt conſecrationem. Mirò obiecta formalia aſſenſus, vel diſſenſus, inter quæ, & materialia aliud diſcrimen eſt.

5. In cognitione verò, & ſcientia divina ꝑ conceptu, & genere ſuo illimitata, infinita, & ſumma, res aliter habet: ut, ſcilicet, è ſuo obiecto primario æqueque, atque ipſa conſtanti, & neceſſario (ſcilicet Deo) adeo perfectæ in genere cognitionis evadat, ut omnium cognoscibilium ſcientia ſit: nihilque ei aliorum obiectorum accellu cognitionis poſſit accedere: quare reliqua à Deo cognitionem quoad intrinſecum anticipatam ſui à primario obiecto habent, quæ actu formaliter repræſentantur, cum accedunt: nihilque in eo intrinſecè cognitionis ſue ponunt: ac proinde purè materialia obiecta ſunt. Sicut panis ſubſtantia cum per accidentia ſua, vtrunque ſentitur, licet hic in ſe non ſentiat; in ſe autem à Deo cognoscatur creaturæ. Hinc facile apparet, divinam ſcientiam ad creata etiam abiectiſſima repræſentanda ſine vlla ſummæ ſue perfectionis iactura extendi poſſe.



## QVÆSTIO II.

*An creata omnia ſecundum ſpeciales, & atomas eorum rationes cognoscat Deus?*

**S** TATIMVS Deum alia à ſe, nimirum creata obiecta, noſſe. In terminis autem omnia creata ab ipſo cognosci ſtatutum hæcenus non eſt: cum tamen circa hæc etiam Catholica veritate nonnulli aberraverint.

## CERTAMEN I.

*Errores contra præſatam veritatem geſcentur ab eiſque vindicatur Hieronymus.*

1. **A**riſtoteles 12. metaph. cap. 2. & 9. ſubſtancia hæc, præſertim imperfectiora, à Deo non cognosci, indicavit: quia viliora & imperfectiora ſunt, quàm oculos ſupremæ Maiestatis deceant: incallum autem ab eo errore ipſum exulare conatur Soar. d. 30. met. ſect. 11. Ruiz. d. 9. de ſcient. & alij: cu in eo ipſum intelligant Clemens Alex. Nyſſen. Naz. Epiph. Eusebius Cæſarienſ. Theodor. Ambroſ. Saluſianus, Nizetas, & Patres alij reſerti à noſtro Valquez d. 87. cap. 1. à num. 2. qui cum fuiſſe Ariſtotelis errorem, cum citato loco, tum lib. de mundo ad Alex. propè finem, tum lib. magnor. moral. c. 8. ſolita eruditione demonſtrat. Eundem errorem ſecutus eſt Auicenna, quem reſert & ſequitur Averroes 12. met. commet. § 1. & to. 9. opus. *Diſtinctiono diſtinctionis*, quæ nullo operæ pretio exulare conatur

C c

Ferrara



Ferrara 1. controu. cap. 50. sine. Imo Auicenna, & Averroes hunc Aristotelis errorem non tam secuti sunt, quam ampliarunt: censent enim, Deum cetera omnia sigillatim, & distincte minime cognoscere, sed tantum seipsum. In qua sententia alter est duobus, ut minimum error alleritur; vel Deum seipsum solummodo nosse, & creatura solum, quatenus in seipso, vel Deus ipse sunt: quia dedecet Deum creatura intueri, vel Deum creatura non secundum peculiare, & proprias eorum rationes, sed solum secundum communem eorum rationem cognoscere, ut innotati quidam Doctores apud S. Tho. docere: & in alterutro quidam Aristotelis error manifeste ampliatur.

2. Restrictum autem Aristotelis errorem videtur sonare vulgatissima illa Hieronymi sententia in illud Abacuch. 1. *Mundi sumus oculi tui, ne videant malum, ita scribens: Absurdum est ad hoc deducere Dei maiestatem, ut sciat per momenta singula, quae nascantur culices, quotve moriantur: quia cunctum, & pulchrum, & muscarum sit in terra multitudine: quanti pisces in aqua natus, & qui de minoribus maiorum prae cedere debeant. In Catholico verbotum horum sensu indagando multi sunt scholastici. Soar. 1. de attributis, c. 3. n. 3. censet solum negari à Hieronymo antecedentem Dei voluntatem efficacem de his animalibus producentis, seruandis, auferendive causarum ad aliquid ex his naturalium praerogationi. Sed quid actus voluntatis cum scientia de his, quam haec verba denegare videntur? Secundò ea praerogatio circa supernaturales solum effectus, teste Soario, versatur: ergo nec circa ortum naturalem, incertumve hominum tam Deus habet contra Hieronymi verba. Mitto eam praerogationem Dei circa effectus supernaturales proximè, vel remotè liberos in Deo non esse, imò neque esse posse, ut contr. de volunt. contra Soarium ostendam. Molina, & Herize. & ante illos Magister, & Episcopus Lucensis in aduentibus ad 6. tom. Hieronymi, qualiter. 5. aiunt solum negari à Hieronymo earum rerum successuum, siue temporis successu, seu, ut ille ait, per momenta singula habitam scientiam. Sed cum eam, quae de his rebus Deo negat, scientiam ipsi de hominibus concedat, in aliam haereseos declinare Hieronymum ea explicatio facit: nempe de hominibus successuum scientiam habere Deum. Tertio Valens noster Catholico verborum sensu desperato, censet eum locum ex illis esse, quos in Prophetis ex aliena sententia à se scriptis, Hieronymus testatur Apolog. contra Rufinum: laxior tamen est solutio, desperatiorque, quam verba Hieronymi velint.*

3. Germanam igitur eius loci interpretationem contextus dedit, nisi Valquiano more legatur, plurima, ut è truncatis Patrum sententiis, absurda deducuntur. Praemiserat immediatè recitatis Hieronymi verba haec: *In ceteris (ab homine) animalibus generalem quidem Dei dispositionem, & ordinem, per summe rerum intelligere possumus: ut, g. quomodo nascitur piscium multitudo, & vivat in aquis: quomodo res illa, & quadrupedia oriatur in terra, & quibus alantur cibis: ceterum absurdum est, & c. recitata. Solum ergo negat Hieronymus scientiam, & providentiam, specialemque attentionem Dei circa ortum, incrementumque eorum animalium propter ipsas, ac non propter hominem potius, cuius commodo, & temporali, & aeterno ea condidit, servat, atque interimit, de quoque specialem curam, attentionemque gerit: quo sensu, i. cor. 1. dicitur: *Nunquid de bobus cura est Deo?* Constat sensus hic Hieronymi, siquidem generalem Dei providentiam erga illa etiam expresse admittit. Neque enim generalis dispositionis vox significat (ut vult Valquez) quod eis in particulari sumptis, neque attendat, nec provideat Deus: sed quod eis non specialiter, sicut homini attendat, sed generaliter, & communi creaturis omnibus, & singulis providentia eis prospiciat. Hanc etiam sententiam Hieronymi innotat textus immediatè locum initio propositum sequens. *Non sumus tam avari adulares Dei, ut, dum potentiam eius ad ima detrahimus, in nosmetipsos iniurioli simus: eandem rationem, atque irrationalem providentiam esse censentes: utque apertius eum loqui de speciali hominum providentia constaret, ex qua Angeli eorum custodiam deputantur, ut ad Deum, quid de eis per momenta singula agatur, referant, ab eaque opem implorent, & de impetrata gratia agant: subdit tandem: Ex quo liber ille stultitia damnandus in quo scriptum est: quendam Angelum nomine Tyrin praefisse reptilibus. Et quidem nihil aliud Doctorem maxi-**

imum ingenij, & constantiae laude praestitissimum sensisse, patet ex his, quae ad illud Matthaei. 10. *Nonne duo passeris asse veniunt, & c. scriptum: Si parva animalia absque Deo aut thore non decidunt, & in omnibus semper est providentia, & quae in his peritura sunt, sine Dei voluntate non perirent: vos qui aeterni estis, nec timere debetis, quod absque Dei vincta providentia. Eandem sententiam docuit expresse ad id Ierem. 32. *Nunquid mihi difficile, &c.**

4. Doctores aliquot tacito nomine citati à S. Th. eundem errorem videntur habuisse, quem in Auicenna, & Averroes secundo loco notabamus, n. 1. sine. Nempè Deum creatura quidem nosse, aut non secundum proprias, speciales, & atomas singulorum rationes: sed solum secundum rationem, seu praedicatum commune, quod solum praedicatum entis ab alio esse potest: cum nullum aliud creatis cunctis commune inveniatur: in eum sensum Mahometanum verumque, & innotatos alios Doctores interpretantur hic S. Th. & alij non desunt tamen, qui eos aliter interpretentur: nempe asserere cognoscit creatura Deo secundum omnia sua praedicata, confusè tamen cognita. Haec tamen interpretatio solum videtur disceptare in admetendis praerogationibus formalibus, & non obiectivis in cognitione divina erga creatura: si enim confusè omnia simul cognoscit, non, nisi ut existentia seu in ordine ad existentiam ea omnia cognoscit, in quo solum conceptu confusè omnia admitti queunt: quare ea interpretatione sententia haec non interdictio innotatior est divinae cognitioni, cui confusione in cognoscendis, seu representandis praeterea affigit.

## CERTAMEN II.

*Divina scientia creatorum adhuc vilissimorum praedicata omnia, atoma etiam clarissime attingit.*

1. *Non vnam tantum Catholicam veritatem praestituta continet titulus: ac proinde variis conclusionibus statuentis, probandisque erit. Prima sit: Vilissima etiam creatura Deus cognoscit. Conclusio haec deinde imprimis, atque opposita errori obortummissi & Manicheorum, qui visibilia, villa praefertim, à Deo fieri, & gubernari, qui visibilia, villa praefertim, à Deo fieri, & gubernari, quare & attendi negabant. Probaturque ex longis tractatibus Augustini, & aliorum Patrum contra Manicheos, & ex Conciliis, quibus is error damnatus est: quorum testimonio, & loca notabimus contr. 6. de providentia, quoniam prella est sapientiorum Philosophorum sententia: laqueus in epim. & 10. de legib. Plotini. lib. de providentia, quoniam testimonia referunt August. 10. de Civit. c. 14. & Lactantius. Vives ibi: Mercurij Trimegisti in Pimandro, Socratis apud Xenophontem lib. 2. de eius dictis, & factis, Thaletis Mil. apud Ciceroem dicentis de peccatore: Sed neque cogitant quidem laetè Deum: Sophoclis Poetae apud Clementem Alexandrinum 5. Stromat. ante med. dicentis: Deum divinum semper exhibere sapientibus, item Platonis apud Cyrillum Alexand. 3. contra Iulianum. aientis: Deos neque ignorare, neque vim sustinere possibile esse. De Aegyptiis ceteris Clementis Alex. inferius: Aures, & oculos furcantes ex materia pretiosa consecrass. Divi dedicantes: hoc utique significantes: quod Deum omnia videret. & audit: & de eisdem Cyrill. Alex. 9. contra Iulianum. med. Volentes significare Deum: hoc est, summam, & quae super omnia est, naturam pingebant oculum, cui baculum subsistebant, ut per hoc intelligatur, quod omnia videret. & sit ei regia dignitas. Accedunt Philosophi, qui eorum omnium, etiam minimum, providentiam, quae sine earum scientia esse nequit, Deo concedunt, Zeno Cicerensis cum aliis Stoicis, Alexander Aristotelis discipulus lib. de provident. quae recitat Cyrillus Alexandrinus 2. contra Iulianum post med. vbi & lib. 3. sub med. refert Platonis ideas rerum omnium, quae absque earum cognitione esse in Deo non valent, & commissionem creationis animalium Angelis à Deo datam: quae licet falsa sit, verumtamen de divina animalium cognitione in sententia Platonis supponit quoad villa aliqua, expressa veritas est, citato loco Matthaei 10. de passeribus, de illis, de feno agri, imò*



# Disp. IV. Quæst. II. Certam. II. 207

de capillis nostris fere solum sterquilino, & rudibus  
*mus*: quos, in numero etiam, notatos à Deo idem tex-  
*mus* docet: *Vesperi autem capilli capiti omnes numerati*  
*sunt*: unde ad viliora (si quæ sunt) creata reliqua cui-  
 dens ducitur argumentum; cum eadem sit, eliquorum vi-  
 lium ratio, nec maior in reliquis, quam in enumeratis in-  
 numerandis Dei indecentia, atque à ratione difficultas. Com-  
 munitatem Patrum sensum, tam pro hac, quam pro duabus  
 sequentibus testimoniis recitat Ruiz d. illa 9. sect. 4.

2. Probatur secundò ex his, quæ tam ab autoritate,  
 quam à ratione omniscientiam Dei probant: & quæ ab  
 autoritate data iam à nobis sunt, qu. 1. certam. 1. num. 2.  
 & 3. atque nonnulla concl. 1. adduntur: ubi etiam adiu-  
 gentur rationes præter dictas citatæ quæstione 1. certam. 2.  
 num. tertio, quæ præfenti materie applicare non est diffi-  
 cile. Primo enim vilissima etiam quæque à Deo causan-  
 tur perfectissima activitate, & operatione, quæ cognitio-  
 nis & voluntatis, imò & libertatis interuentu in operante  
 necessario est. Secundo ex munere gubernatoris vniuersi,  
 atque creatoris cunctis prouidentissimi parentis. Tertio  
 ex prouidentia speciali, quam de hominibus habet, &  
 specialissima de predestinatis, quibus vilissima animal-  
 cula mortificationis, ac meriti materia sunt. Quartò  
 quia hæc eadem, quantumvis vilia, determinatam ha-  
 bent entitatem, veritatem, & cognoscibilitatem: ergo  
 & à Deo cognoscuntur: ne curta, ac limitata eius scien-  
 tia sit. Vitiò: quia cuiusmodi cognitio est perfectio sine  
 imperfectione: ergo Deo concedenda. Antecedentis pro-  
 bationis præcipua, est solutio fundamenti Aristotelici, cui  
 occurrunt qu. 1. certam. 2. num. 4. fine, ex speciali na-  
 tura cognitionis diuinæ. Cum enim omnino à creatis ob-  
 iectis absoluta, & independens sit, nihil prorsus intrin-  
 secæ sue entitatis, & representationis formalis, creatio-  
 num etiam emendicans, nil creaturæ vilitatis, imperfec-  
 tionis, aut limitationis creatorum obiectorum trahit  
 quemadmodum solis radij purissimi sordida quæque ob-  
 iecta insunt, perferuntur, ac permeant, quin sordes inde  
 putantur, à luæ puritate, & splendore deficient: quia  
 non ex illis, sed ex sole, scilicet limpidissimo, ac pellu-  
 cido luminis fonte: ita etiam diuinæ mentis radij ex Deo  
 solum ipsi (num. vi intelligente, tum vi obiecto) amplifi-  
 catio luminum Patre lucem accipientes, ab obiectorum  
 creatorum imperfectione, limitatione, vilitateque,  
 nullo solatibus radiis indemonstrata cuncta perlustrant:  
 ut ideo etiam diuinæ mentis claritas solares faces longe  
 superare dicatur Ecclesiast. 13. *Oculi domini multo plus*  
*lucidiores sunt super solem circumspicientes.*

Et hæc sane solutio sumitur (vt pote nulli instantiæ pa-  
 tens) est ea, quam subtiliter adhibuit Gregorius de Ari-  
 stotele, vetus scholasticus delictum: & si cognitio creata  
 speciem sumat ab obiecto, quod repræsentat, non au-  
 tem eas imperfectionem, aut vilitatem, quia non obiecti  
 speciem ipsam sumat, sed aliam suam. Neque enim vi-  
 le est vili cogitare eum, qui eorum cognitione à nobis  
 obiecti cogitatione non remouetur: neque eorum  
 cognitione in vili aliquid inducitur: quorum neutrum  
 auertere Deo, imò nec beatis potest. Desumpta autem  
 videtur solutio hæc ex Augustino de vilitate credendi.  
 cap. 11. ubi ita scribit: *Intelligere semper sine vitiò est*  
*nam intelligere magna, & honesta, vel etiam diuinæ beati-*  
*ssimæ est: intelligere autem superflua nihil nocet: sed*  
*seruasse dicere nouit, cum tempus necessarium occur-*  
*rat. Ipsa etiam noua non intelligere, sed facere, aut*  
*pati miserum est. Non enim si quis cogitet, quomodo pos-*  
*se inimicum suum periculo ceciderit, intelligentia, & non*  
*peritio capiditate reus est: quia si absit, quid innocentius*  
*dici potest?* Caterum si diuina cognitio à creatis obiectis,  
 etiam quatenus circa ipsa versatur, quæque repræsentat,  
 quod intrinsecum sui specificaretur, ac dependeret li-  
 mitata foret, & quo obiectorum creatorum imperfec-  
 tionum, & imperfectionum, imperfectione cresceret, pro-  
 portionem saltem geometrica & diuinæ illorum cognitio-  
 nis perfectio minor, & minor foret: physico quidem,  
 & metaphysico vitiò, licet non morali, de quo Augu-  
 stinus ibi: quare solutioni primæ standum merito cense-  
 bam, & exemplo, quo eam olim illustrauit Nemestius  
 Emilian. lib. de nat. hominis, cap. 44. §. 4. post med.

4. Sit secunda conclusio: creata cuncta secundum om-  
 nia eorum etiam atomia prædicata, & indiuiduantur dif-

ferentias cognoscit, & penetrat scientia sua Deus. Est  
 etiam Catholica conclusio contra Auicennam, Auerroem  
 & innominatos à S. Thom. Doctores ex eis omnibus locis,  
 quibus omnium creatorum scientia, seu omniscientia  
 Dei in scriptura, Patribus, & Conciliis asseritur. *Omnia*  
*enim singularia omnia designat, non solum secundum ra-*  
*tionem communem, in qua vnum potius sunt, sed qua*  
*plura, atque inter se singulariter, atque indiuidualiter*  
*differunt. Secundo probatur ex illo Genes. 1. Vidit Deus*  
*cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*: ex quo loco  
 verbo *cuncta* idem argumentum desumitur: verbo autem  
*fecerat* aliud satis efficax: nam ea omnia in indiuiduo fe-  
 cerat, atque omnia eorum etiam indiuidua prædicata:  
 ergo indiuidua omnia creata, & eorum etiam indiuidua-  
 lia prædicata vidit: ex laude & complacentia diuina  
 erga omnia creata illis verbis, *Et erant valde bona*: ter-  
 tium, nihilo segnius, argumentum instruitur: nisi enim  
 intinse speciales, & indiuiduas etiam creatorum naturas  
 penetrasset, imprudenter ea omnia laudaret: cum ex spe-  
 ciali natura, & prædicato cuiusque defectuosa, & indi-  
 gna laudis esse possent, licet communi entis prædicato  
 bona forent. Bonum enim ex integra causa; malum vero  
 ex quo eumque defectu: imò bonitas, & perfectio nil  
 aliud, quam rei totalitas, & integritas, est. Tertio Psal.  
 146. noticia Dei indiuiduorum omnium stellarum indi-  
 duatim esse expressè dicitur: *Qui numerat multitudinem*  
*stellarum, & omnes eas nomina vocat*, unde ad creata  
 reliqua facilis est consequentia, & perspicua. A ratione  
 verò totidem, eademque argumenta militent pro hac, ac  
 pro prima conclusione: ex eo, quod omnia creata, ac se-  
 cundum omnia prædicata, etiam indiuiduationem, à Deo  
 intellecta, & voluntate ac libere sunt. Secundo quia se-  
 cundum omnia sua prædicata sunt cognoscibilia, & vera.  
 Tertio: quia omnia indiuiduatim cognoscere perfectio  
 sine imperfectione est: imò necessarium, vt Deus omnisc-  
 ius sit, sicuti necessario fore naturali ratione demonstra-  
 tur.

5. Sit tertia conclusio etiam Catholica: ea omnia sin-  
 gularia sine vili consusione clarissime, & distinctissime  
 cognoscit Deus. Probatur ex 4. ad Hebræos. *Omnia autem*  
*nuda, & aperta sunt oculis eius*; quæ autem confuse so-  
 lum videntur, nuda, & aperta oculis non sunt. Secundo  
 ex Ecclesiast. 13. *ubi oculi domini multo lucidiores sunt*  
*super solem circumspicientes.* Confusio verò obsecritas  
 potius, quam claritas cognitionis est. A ratione proba-  
 tur conclusio: quia, et si Deus posset vnum prædicatum  
 ab alio ex parte obiecti præcindere; aut potest etiam  
 rem, vt physice est, intueri: re autem ipsa, & physice  
 res quævis indiuisa, & infectilis in se est: ergo nequit esse  
 in ea cognitione rei, vt physice, & re ipsa in se est, con-  
 fusio, & complicatio, quæ solum in re partibus constan-  
 te esse potest. Nihil autem partibus metaphysicis (de qui-  
 bus hic loquimur) physice, atque vt re ipsa est, constar;  
 imò nec physice partibus constare creata plura: ergo si  
 qua in rerum, vt physice sunt, cognitione confusio sit,  
 in ipsa cognitione erit: ergo in Dei cognitione confusio-  
 nis imperfectio in aduersa conclusione admittetur, quæ  
 summæ perfectioni cognitionis diuinæ manifestè repug-  
 nat. Quod si Deus (vt fert valgarior sententia) non-  
 nisi, vt physice, ac re ipsa sunt, res potest cognoscere,  
 clarius adhuc probata conclusio manebit: in alia verò ad-  
 mittente Deum ex parte obiecti, physice etiam infectilis,  
 posse cognitione sua præcindere, eadem ratio probat:  
 quia, si omnia, & singula rei cuiusvis prædicata præcin-  
 dendo cognoscit, in nullo ex his potest esse ex parte ob-  
 iecti confusio: cum, adhuc metaphysice indiuisibilia, pro-  
 prius omnia, & singula sint: quare, & cuiusvis complicatio-  
 nis, & confusionis obiectuæ de se, & in se, omnino inca-  
 pacia: ergo tota rota confusio Dei cognoscentis erit, at-  
 que in diuinam refundetur cognitionem; quo nihil  
 absurdius, & eius perfectioni summæ  
 repugnantius.

\*\*\*